Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

legit & qui audit uba phetie hui. & seruat ea. que in
ea scripta sunt. Tempus enim prope est Johes septem ecclis que
sunt in asia. Gratia uob & pax ab eo qui est & q erat &
qui uenturus est. & a septem spiritib; qui in conspectu thu
ronus eius sunt. & ab ihu xo qui est testis fidelis primogenitus mor
tuorum. & princeps regum terre. qui dilexit nos & lauit nos a
peccatis nris in sanguine suo. In vigilia Symonis et inde usque
Iustorum. anime in manu dei sunt. Et ultimorum mrm Secundum Johannem

In illo tempore dixit ihs dis. Qui habet mandata mea & seruat
ea. ille est qui diligit me. Qui aut diligit me. diligetur a
patre meo. Et ego diligam eum. et manifestabo ei me ipm.
Dicit ei iudas non ille scariothis. Dne. quid factum est quia
nobis manifestaturus es te ipsum. & non mundo. Respondit
ihs. & dixit ei. Si quis diligit me sermonem meum seruabit.
Et pater mis diliget eum. & ad eum uenient. & mansionem apud
eum facient. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Et
sermonem quem audistis non est mis. sed ei qui misit me pater.

Fratres. Scimus quoniam diligentibus deum In die sancto ad Romanos

omnia cooperantur in bonum. his qui secundum propositum uocati
sunt sancti. Nam quos presciuit & predestinauit. conformes
fieri imagini filii sui. ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus. Quos autem predestinauit. hos & uocauit. Et quos uocauit.
hos & iustificauit. Quos autem iustificauit. illos & magnifi
cauit. Quid igitur dicemus ad hec. Si deus pro nobis. quis contra nos.
Qui etiam proprio filio suo non pepercit. sed pro nobis omnibus tradi
dit illum. quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. Quis
accusabit aduersus electos dei. Deus qui iustificat. Quis est qui
condempnet. Xpus ihs qui mortuus est. imo qui et resurrexit